



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 38. De Procuratoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](#)

sentur Ecclesiasticis; nisi propriam causam, vel Ecclesiae suæ, aut miserabilium personarum, ut orphanorum & viduarum, quæ proprias causas administrare nequeunt, profsequantur. e. i. & ult. h. s. Quod si Clericus contra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, coram Judice laicoadvocatus vel procurator esse præsumperit, spoliati eiusmodi beneficio tamquam ingratuus potest, d. e. ult. Sic nec Monachi nec Religiosi licet Clerici non sint, advectionis officio recte funguntur. g. 2. h. t. adeò ut ne Monasterii quidem sui causas agere valent, nisi Abbas id ipsis mandaverit & impetraverit; si dque sive agatur coram Judice Ecclesiastico, sive laico.

Etin hoc differunt Religiosi à Clericis non Religiosis, quod hi coram Judice Ecclesiastico advacatum agere possunt. Imo si in minoribus stipendium ex officio Ecclesiastico, unde comodè alantur, licebit in utroque foro advacati officium exercere, arg. d. e. i. à contrario sensu, quod valet, quando contrarium nusquam in Judice est expressum, Panormit. ibidem. Vide Steph. Gratian, Disceptas forens. tom. 1. c. 57. num. 22. & seqq; ubi multis casus refert, quibus Clericus postulare potest.

Denique sententiâ Judicis quidam postulare prohibentur: ut si Advocatis & procuratoribus postulandi officium, ob contumaciam vel delictum, aut aliam causam, ad certum aliquod tempus velin perpetuum Jûdex interdicat, prout potest, l. 1. in fine D. De officio Prefecti urbi, Matarua p. 6. in prime in materia inquisitionis: velut quia iusti ab eo patrocinari alicui, absque justa causa id reculaverint, l. 7. Cod. eod. vel quia cum dilecte convenerint, ut rem, de qua litigatur, aut ejus patrem, loco honoratii accipiant, l. 5. Cod. eod. Nam licet advacatus possit de justo salario pacifici, l. 1. §. si cui cautum cum seq. D. De variis extraord. cognit. tamen hujusmodi pactiones de futuro litis emolumento prohibentur, ne ex iis occasionem arripiunt calumniosè litigandis, & variis artibus veritatem oppugnandi.

J. Sumpius D. De
pacificis.

TITULUS XXXVIII.

De Procuratoribus.

§. 1.

Quis dicatur Procurator.

1. 2. Ratio ordinis, & nominis.
3. Definitio Procuratoris enucleata.
4. Iure Canonico accipitarius nomen Procuratoris.

I. N̄ter eos, qui alieno nomine postulant seu causulas agunt, primas obtinent Advocati qui alias Patroni & causidici appellantur, quique per allegationes ac rationes juris exponunt judicij jura & causulas suorum clientum, tāquā Justitiae administratores, quod sancte magna est artis & doctrinæ. Vnde & munus eorum est publicum, honorificum, laudabile, l. Laudabile Cod. de Advocatis diversor. Iudie, multis gaudens privilegiis usurpatis videre licet d. tit. Cod. Secundum vero locum obtinent Procuratores, qui munus magis privatum obeunt, alterum negotia gerentes, sive in judicio, sive extra judicium, in litibus sollicitandis ac prosequendis, in quibus proinde non tam opus est arte & ingenio, quam diligentia & quorum proinde munus est vile & onerosum, l. S. quis procuratorem 34. C. D. de curiis. lib. 10. Imq; vilissimum Joan. de Platea ibid.

2. Dicitur autem Procurator quasi pro alio curator, nempe pro domino rerum & negotiorum, cujus nomine res & negotia gerit. In introducitu enim necessariò usus fuit procuratorum, ut qui rebus suis ipsi interessè non possunt, vel non volunt, saltem per alium possint agere & conveniri, l. 1. 9. usus. D. b. t.

3. Procurator itaque est, qui aliena negotia mandato domini gerit seu administrat, d. l. 1. D. b. r. Genus definiti hic omnissimum subaudendum est, Gestor, Administrator, seu Curator. Materia vero indicatur in verbis, aliena negotia et nam uti res sua nemini servire dicitur, l. in re cœmuni D. De servit. urban. præd. ita nec in proprio negotio quisquam sibi est procurator.

Per hoc quod dicitur, mandato domini, distinguuntur Procurator à Defensore & Negotiorum gestore, qui sine mandato defendit &

O negot.

negotiatur, § tgitur Inf. De obligat. quia ex qua-
si contractu nasci. quāvis variis in legibus is quo-
que, qui sine mandato negotiis alicuius sece offert
& quāliquid negotii nostri nomine gerit. Pro-
curator vocetur qui verius Negotiorum gestor
dicitur, l. Quod hominem 34. § 5 gener & l. Si quis § 8
D. De solutionib. & alii Quoties tamen additur
nomen, verius intelligitur is dumtaxat, qui man-
datum haberet, vel cui id ipsum, de quo agitur, aut
totorum negotiorum commissa & credita est ad-
ministratio, l. Pomponius 40. §. 1. D. b. t.

Per eandem partem distinguitur Procurator à
Tutore, Curatore, & similibus aliis, qui non
mandato domini, sed publica auctoritate, velle
gis, vel Magistratus, vel gestoris, administrant.

Verbum erit, seu administrat, distinguit Pro-
curatorem ab Advocato, quia Advocatus non ger-
rit privatim negotia aliena mandato domini, sed
pro alterius causa dicit & advocat, seu jus partis
explicat & merita causarum allegat. Similiter à
Notario, penes quem non est jus administrandi
seu gerendi negotiorum alterius alieno nomine,
sed nudum dumtaxat factum exequendi.

4. Porro jure Canonicō latius patet nomen Pro-
curatoris: eo que venit etiam is qui à non domi-
no constituitur, veluti à Prelato, vel alii Clerici-
cisi in causis Ecclesiasticis, c. 1. & passim b. t. c.
Olim inf. Derestitutus. spoliatus. Sic quoque Universi-
tas vel Collegium recte procuratorem constitu-
it, qui tamen proprio nomine Syndicus vel actor
appellari sollet: Ideoque ut data definitione tales
etiam procuratores comprehendantur, addit po-
test, vel quasi dominus.

§. II.

Divisio Procuratorum.

1. Procuratorum alii Extrajudiciales, alii Iudiciale-
- iales.
2. Virique vel Generalis vel Specialis.
3. Et differentia eorum.
4. Item procurator alius verius alius Fal-

I Procuratorum alii sunt extrajudiciales,
nempe quoad negotia extra iudicium tra-
ctanda & explicanda constituantur, de quibus
in Tit. D. & C. De mandatoribus: alii Iudiciales,
qui in iudiciis versantur, & lites prosequan-

tur alieno nomine vocanturque Procuratores ad lites, de quibus passim b. t. & C. ed. et constituantur utrique tam presentes & coram apud acta scilicet prae his vel magistratus, quam absentes per epistolam vel nuntium, l. 1. 2. 3. 6. D. b. t. l. 1. D. Mandatis l. Eum f. Julianus de consti-
ta pecunia. Paulus 1. Sent. 10. §. 1. modo conse-
tiuntur seu ratum habeant, sive expressè sive tacitè.
Et vel purè, vel sub conditione aliqua: vel in
pra sens tempus, nimur ut statim negotia ge-
tere incipient scilicet prosequantur; vel in di-
em, v. g. post Kalendas talis vel talis mensis, &
non ante l. item & ad item 3. D. b. t. vel ad diem,
v. g. usque ad annum d. item & ad item. Et cum
si expireret tempus, pura quia Judge impeditus
fuerit, non potest ultra diem agere, etiam lice-
contestata. Calvo us. in præs. § procurator cons.
1. n. 4 ubi tamen n. 5. & seqq. ex Aretino distin-
guit, ut si constitutus fuerit generaliter ad omnes
causas, possit etiam finito tempore causam
prosequi: si ad unam item tantum, & quidem ex
parte actionis, ut cum adveniente die expireret eius
officium, si vero ex parte rei ut cum actioni licet
ab initio litis cum repellere: quia videtur seu
velle actionem distrahere in plures adversarios,
quod facere nequit.

Rursus constituantur aut cum clausula, cum
libera, hoc est cum potestate plena & libera agen-
di, faciendo vel administrandi omnia, & quoniam
eius ipse dominus agere & facere in causa seu
negocio coram posset: vel sine tali clausula,

2. Extrajudicialis quoque duplex est, aut uni-
versorum bonorum seu negotiorum, l. Procurat.
63. D. ed. aut unius alicujus vel alterius rei seu
negotii, l. §. D. ed. Similiter Judicialis vel est
Generalis: ad omnes scilicet lites; vel Specialis
ad unam aliquam item prosequandam consti-
tutus d. l. 1. §. 1. D. ed. Mandatum ramam gen-
erale ad negotia, etiam ad judicialia se exten-
dit, c. qui generaliter ed. in 6.

3. in eo autem distinguitur Procurator Ex-
trajudicialis à Judiciali, quod ille dari possit
najor xvii. annis: ad lites vero non nisi major
xxv. annis, saltem de jure Canonicō, d. c. Qui
generaliter §. fin. ed. in 6. tum propter beneficium
restitutio, quod minori competit l. Minn
25. D. ed. tum quia non censeatur idoneus ad
alias lites peragendas, quippe qui legitima

Primum personam standi in judicio non habeat
l. & 2. Cod. Qui legit. personam &c. Quinimδ
in causis propriis agere per procuratorem co-
gitur, l. fin. Cod. legit. tuoribus : excepto,
quod in beneficibus & aliis causis spirituali-
bus, & dependentibus ab iisdem, possit major
xii. annis per se, vel per procuratorem, agere
& defendere, nullā patriæ potestatis vel volun-
tatis habitā ratione. Alioquin si minor sit xiv.
annis, in hujusmodi causis nec agere nec defen-
dere quæreret potest? sed per Episcopum vel ejus
Officiale ad hujusmodi lites ei curator datus
erit, c. fin. de judicis in 6. Sic etiam Delegatus
Sedis Apostolicae in causis, quae coram se agi-
tantur, minori xiv. annis potest curatorem, vel
auctoritatem constituendi, dare, d. c. fin. §. delo-
gatus.

Secundū, differunt, quod procurator adne-
gotia libere & quandocumque alium substituere
possit, d. c. 1. §. fin. eod. in 6. non item procurator
ad iudicia; nisi vel per litis contestationem fa-
ctus fuerit litis dominus, l. Neque l. Nulla Cod. eod. vel à domino, substituendi po-
testatem habeat, vel in rem suam datus sit, d. c.
1. eod. in 6. Dicitur autem in rem suam consti-
tuī, qui constituitur quidem ad alienum nego-
tium mandato domini gerendum, sed ad fu-
num emolumentum, l. Servum §. fin. D. eod. Ta-
lis est, cui dominus actiones suas quoquo mo-
do cessit, l. Si quis & l. procurator D. eod. l. 8. §.
ult. D. mandatis, qui cum mandatas & cessas sibi
ab alio actiones exerceat, Procurator quidem
dicitur; quia tamen non in alienam, sed in suam
rem & utilitatē, actiones cessarunt, & omne
commodum eum respicit, dicitur datus in rem
suam, c. 4. C. eod.

4. Denique Procurator aliis dicitur Verus,
qui legitimo mandato munitus est; aliis Fal-
sus, l. Licet Cod. eod. l. Falsus Cod. De furtis, l.
Licet D. De judicis, qui mandatum non haberet,
vel haberet quidem, sed ab eo, qui dare non po-
tebat, vel haberet insufficiens, aut ad negotium de
quo agitur, impertinens: ut si proferat manda-
tum generale in causa exigente speciale
mandatum, vel revocatum, aut
alio modo extinctum; & sic
de similibus.

§. III.

Quis constituere Procuratorem possit.

1. Procuratorem constituere potest dominus re-
sponsus ad obligandum idoneus.
2. Dare Procuratorem nemo cogitur.
3. Prohibetur dare minor.
4. Excommunicatus.
5. Bannitus.
6. Captus ab hostibus.
7. Syndicus Veneris statutus, ante litem contesta-
tam, &c.

1. Procuratorem propriè dictum, constituere
potest quilibet ad se obligandum idoneus
& rei, de qua agitur, dominus. Glossa in l. Neque
Cod. eod. idque in causis tam civilibus, quam cri-
minalibus, nisi lege expresse prohibetur. Ideo-
que minorē, cum auctoritate tutorum & curato-
rum suorum, si eos habeant non verò ipsi tutores
aut curatores, procuratorem recte constituunt,
d. l. Neque: nisi tutor, curatorve per litis contesta-
tionem fuerit antea ejus factus dominus, d. l. Ne-
quel. Quod quia 8. & l. Nulla 2. 3. Cod. eod. Dixi;
dominum rei de qua agitur, posse procuratorem
propriè dictum, constituere, quia latius accepto
eo vocabulo etiam Universitas scholarum pro-
curatorem constituit, c. Quia in causis 7. & c:
ult. b. & item Collegium & Monasterium. c. Cum
causam inf. De jurament calumniae. Murus au-
tem & furdus dant procuratorem eo modo, quo
possunt, nempe nuto vel scriptura.

2. Procuratorem verò nemo dare cogitur re-
gulariter, nisi velit, idque in causis gravioribus, c.
2. b. t. Pias eccl. q. 2. c. 4. art. 2. n. 7 Si tamen persona
qua de causa pecuniaria litem instituit, sit illu-
stris, quæque terrori possit esse Judici & adver-
tatio, tum & ad agendum & ad defendendum pro-
curatorem constitutæ cogitur. Sicut & excom-
municatus ad defendendum, de quo mox dice-
tur: itemque Monasterium, quando contra illud
agatur, c. 2. inf. De in integrum restitut.

3. Prohibetur autem dare procuratorem ad
lites, in primis Minor, tutores vel curatores
non habens, exceptis quibusdam casibus, ut
in actione injuriarum, l. Tilius familiæ 8. D. eod.
Ratio est, quia cum ipse personam legiti-
mam standi in judicio non habeat, alium ad
hoc

hoc reddere legitimū nequit: quamvis si constituerit procuratorem, & pro ea pronuntiatum fuerit, favore & tatis talis constitutio rata habeatur, arg. Non enim Cod. eod. quod ipsum à fortiori obtinet in papillo.

4. Secundū, Excommunicatus constituere non potest procuratorem ad agendum, c. ult. h. tit. quia talis jurisdictione pro mortuo habetur, can. Nemo Episcoporum X. q. 3. Duxi ad agendum quia ad se defendantum potest & cogitur dare, c. Intelleximus inf. De iudicis, quia absurdum & iniquissimum foret, excommunicationem, quae pœna est, & quæ proinde nocere debet excommunicato, ei prodebet in præjudicium alterius, cui non teneatur in judicio respondere, nec per se, nec per procuratorem, l. Evidenter D. de except. rei judicare.

Tertiū, Bannitus, quia is quoque, amissis bonis omnibus, civiliter mortuus censetur, Gail. lib. 2. De pace publica. c. 12. per tot.

Quarto, Captus ab hostiis non procuratorem, sed auctorem constituit, quia quamdiu in possessione est hostium, sui juris non est, nec rectum suorum dominus. l. Ab hostiis D. Ex quibus causis maiores, &c.

Quinto Syndicus universitatis, tutor, curator, ante item contestata non constituant procuratorem, quia ante non sunt litis domini.

§ IV.

Quis constitui possit Procurator.

1. Dari potest quilibet non prohibitus modo consentiat.
2. Etiam filius-familias.
3. Unus, vel duo pluresve.
4. Prohibentur dari minor 25. annis, famina, miles, &c.
5. Non vero infames.
6. Prohibetur & fiscus.

1. Constitui autem potest Procurator qui cumque certa aliqua lege non prohibetur, Hostiens. in Summa h. t. c. 1. eod. in § 1. Matus 43. D. eod. praetens, sive absens, modò consentiat seu ratum habeat, l. 1. § fin. & l. 2. D. eod. c. Licet. 7. eod. in 6. c. Cum dilecta inf. De confirmatis: & quidem solo consensu; sive expresso, veluti per pactum, punctionum, litteras, ratihabi-

tionem; sive tacito, ut cum dominus presenti permittit alteri causam suam agere, vel procurator constitutus mandatum recipit, nec contradicit, Clement. 1. eod. t. etiam solo nutu, domò Notarius, qui conficit instrumentum, exprimat signum, quod tunc habet loco vocis. Calvo, ex Baldo in praxi §. Procurat. Concl. 1. n. Requiritur tamen utriusque consensus, & constitutus constituentis, quia ut nemo regulariter constitutus procuratorem cogitur, ita neque in virtute quis procuratorem officium subire compellitur, s. l. cet eod. in 6. l. Filius-fam. & invitus D. eod. ubi dicitur, in virtute dici non tantum eum, qui contradicit: sed eum quoque, qui consenserit non probat.

2. potest igitur procurator constitui, nos solum paternostrias, qui est sui juris, sed & filiusam. c. Non in ius 14. h. tit. etiam sine patris consensu, modò legitimam habeat rationem, & non sit minor xxv. annis, l. Exigenda Cod. eod. tit.

3. Insuper constitui potest vel unus tantum, vel duo, aut plures, c. Si duo eod. in 6. & hi vel simul vel conjunctim; quo casu unus sine alio admittiri non debet, d. c. Si duo, nisi quod in causis beneficialibus usq. receperum sit in Cuius valeat processus cum uno, de qua praxi testatur Vestr. in Praxi l. 4. c. 5. n. 18. Plaut. 2 p. 6. 4. art. 1. n. 8. vel in solidum; quo casu præventioni locu est, potiorque conditio occupantis negotiorum per litis contestationem: nisi in constitutione contrarium caveatur, nempe quod non fiat, id non fieri melior conditio occupantis, l. Plaut. 3. 2. D. eod. d. c. Si duo: exceptis causis electionis postulationum, provisionum, & aliorum negotiorum Ecclesiasticorum, in quibus, quia celeriore expeditionem exigunt, pluribus in solidum constitutis, potest Jūdex, ne propriorum concursum negotia intricari contingat, magis idoneum eligere, aliis exclusis, s. d. cap. § duo.

4. Prohibentur dari procuratores, in Primis Minor xxv. annis ut antea diximus, Secundū, Mulier, quia officium procuratoris est virile, & à pudore sexus feminini alienum: nisi vel in rem suam aut proprium iterum mandent illi actiones, vel causa cognita pro parentibus & gratitudine & aetate impeditis, eidem ager ob defectum aliorum, permittur, l. Neque feminal, Feminas D. eod. Tertiū, Miles in alia causa

na exulta, etiam volente adversario, ne ea occa-
sione à militia vocetur, l. *Mitem 7. 1* Qui stipen-
daria. Cod. eod. nisi in rem suam aut luce co-
horris nomine agat, l. *Filius fam. veterant D.*
od. Quart. Decuriones, & digniores alii,
qua procuratoris vite est officinm, l. *Si quis ib-*
l. Sequit 34. Cod. de decurionibus lib. 10. Quinto,
Medici & Professores. Item Servus, qua legiti-
mam personam habendi in iusticio non habet, l.
1. & tota tit. C. *Qui legit person standi in jud. p. m.*
habent: Furiolus, qui contentu carer, l. 2. & fu-
risus D. eod. Sitnibzr mucus & furdus, licet ad
negoia procuratores dari possint, non tamen ad
item prosequandam l. *Mutu 43 in princ. L. eod.*

5. Infames olim procuratores nec dare nec
dat poterant Paul lib 1. *Sent. tit. 2.* at jure civi-
li procurare possunt, §. fin *inst. De exceptionibus;*
qua procuratoris officium non est dignitas, à
qua removeti debeant, sed omnis & quidem vile
reputatur. Jure verò Pontificio tales pro Eccle-
siasticis non admittuntur sed tantum pro laici-
& sacerdotalibus. Panormit, In c. Imperatorem
n. 9. *inf. De juramento calumn & Prohibetur eti-*
am reus criminis capitalis, l. *Reum C. eod.* Re-
demptor alienarum litis, l. *Litem 15 C. eod.* Excom-
municatus, c. *Intelleximus inf. De iudicis.* * 6.
Præterea Fiscus, Universitas vel Civitas, ne po-
tentia vel gratia in re privata causam alteri s-
partis reddat deterioriem, c. 3. & tota tit. *Cod. Ne-*
ficit. vel privat. &c. Fiscus quidem, prout repra-
sentat rotam universitatem, procurator es-
se oequis: fiscus, si interveniat, ut procurator pri-
vati: nisi aliunde ejus gratia aut potentia osti-
natur formidolosa, tota tit. *Cod. Ne licet potenti-*
oribus &c. Denique qui Reipublica causa at fu-
turus est, aut in iuritus Magistratum, aut perper-
morbo tenerur, aut in iuritus judicium pati non
potest, idoneus procurator ac defensor non im-
telligitur, l. *Neque 34. D. eod.*

6. V.

In quibus causis constitui possit.

1. *Admittitur in omnibus non prohibiti specia-*
liter.
2. *Prohibetur in publicis iudiciis alieno no-*
mine.
3. *Item in criminalibus; & quatenus.*
4. *In privatibus iudiciis quatenus.*
5. *Et in popularibus causis.*

1. Ceterum in omnibus causis & negotiis
constitui potest, in quibus non repri-
tur prohibitum constitui procuratorem. Cum
enim hoc edictum sit prohibitum, quid-
quid non invenitur prohibitum nominatum de-
bet intelligi concessum, l. *Cum Praetor D. de ju-*
cis.

2. Non admittitur autem Procurator, neque
ad agendum neque ad defendendum alieno no-
mine, in publicis iudicis, l. *penult. §. fin. D. Ue-*
publicis iudicis l. 2. 3 & 5. Cod. De his quis accusa-
re possunt; nisi quis ita de publico agat, ut &
privatum commodum defendat: nam hoc casu,
causa cognita, permititur procuratorem dare;
& postea aliud agens exceptione repellitur l. Non
cogendum 45. §. 1. D. eod.

3. Præterea in non publicis, sed in crimina-
libus, & ejusmodi, ut pena supra relegatio-
nem damnata imponi possit, d. l. *penult. § ader-*
men D. de publ. iudic. Oibi Bartol. & D. D. præ-
terquam ad allegandam absentis causam, l. Ab-
sens 71. D. h. 1. Maranta p. 4. Spec. aureo dis. 1 nu 3.
*& seqq. nisi de criminis agatur civiliter ad pec-*nam pecuniarum, prout de omnibus agi potest**

l. unica Cod. Quando civilis actio præsumat cri-
*minalis, aut nisi de adulterio agatur coram Judi-
ce Ecclesiastico ad thori separationem, c. Tha. h.*
tit. Vide Marantam p. 4. n. 51. & seqq.

4. An autem in privatibus iudicis admittatur
procurator, controvexitur: & dici potest, ad-
mittendum, ubi pena praestituta est aut certa
petitur, quæ sit minor relegatione, l. *Licet D. eod.*
Si autem pena sit arbitria, ut quando agitur
de suspecto rutor, non admittendum, quia
cum pro ratione circumstantiarum augeri po-
test, etiam usque ad mortem; & illa pena pro-
curatori imponi non potest.

5. In popularibus causis distingui solet, ut
actor procuratorem dare non possit, nisi suam
injuriam principaliter prosequatur, quia alias
publica non sua causa est: pro reo autem alius
recte interveniat: quia privatam causam, hoc
est pecuniarum, quæ ipsis actionibus peti solet,
tuetur, d. l. *Licet in princ. Vide Welsch.*

in Parat. D. h. 1. num. 5.

¶ 5 (†) 50

O 3

§. VI.

§. VI.

De mandato Procuratorio.

1. Regulariter nemo admittitur sine mandato.
2. etiam cum generaliter ad negotia & judicia constitutas intelligitur.
3. Defensionem tamen rei suscipere sine mandato quilibet potest.
4. Fines mandati a procuratore diligenter servandi.

IUamquam conjunctæ personæ, quales sunt parentes, fratres, affines, liberi, liberti, & ailes, usque ad quartum gradum, secundum Hosti in Summa b. t. n. 13. inter quos etiam est bastardus, juxta Peckii. *De jure sacerdotis* c. 3. Reyer in Thesauro I. ius V. Procurator n. 71 pro consanguineis; item matutus pro uxore, absque mandato procuratores esse possint dummodo caveant de rato. *L. Pomponius* § fin ff. eod c. nonnulli § fin sup. *De re script. Glos. inc. 1. b. t. 1. Maritus C. eod.* tamen non solet alias admitti in judicio, tamen quam procurator alterius ad agendum, nisi de mandato suo legitimè & plenè docuerit, d. c. 1. b. t. 1. Non solum § qui alieno D. eod & ibi D. ut ex eo appareat, quā potestatem habeat. Nam constitutus ad agendum in una causa, hoc ipso idoneus non est ad agendum in alia c. *Constitutus* 12. b. t. Ut neque constitutus ad acceptandum beneficium vigore gratia alterius, Joseph. Ludovic. *Conclus.* 45. n. 29. Frustra se defendetur reus in judicio abversus actorem, cum non cogatur dominus ratum habere, quād quod cum eo, cui dedit mandatum, reus egerit, resque inter alios acta prædicare & aliis non possit aut debeat, l. *Cod. Quib res judic. non nocent.*

2. Similiter licet procurator, constitutus generaliter ad negotia, etiam ad judicia datus, intelligatur, ut antē diximus: non tamen ad ea, quæ speciale mandatum exigunt: qualia sunt juramentum deferre adversario vel recipere, *Mynsent* 4 Obs. 99 in fine; vel cum eo transfigere aut pacisci; contrahere sponsalia vel matrimonium, & similia, de quibus latissimè Joseph. Ludovic. *Conc.* 30. n. 7. ubi enumerat nonaginta tres easus requirentes speciale mandatum. adeò ut, licet constitutus ad agendum & defendendum, a generaliter ad omnia (quantumvis mandatum exigant speciale) nihilominus ex vi generalitaris hujusmodi ad articulum aliquem in quo exigitur mandatum speciale, admitti non

debeat, nisi specificato aliquo vel aliquibus amiculis, speciale mandatum exigentibus, adjecta sit clausula generalis, quia tum etiam non expensa continebuntur, c. 4. & 5. eod. in C. l. *Procurator* § 8 cum seq. D. eod. du modo tamen haec non sine graviora expressis, ut sunt matrimonii contractus, & exceptiones, quæ in electi, ve lejus, cui provisio facienda, vel facta est, personam objiciuntur: haec cum propter sui momentum deliderant expressum mandatum, e fin. juncta *Glossa eod in 6. Clement 2. eod tit.*

3. Dixi antē, non admitti aliquem alieno nomine ad agendum absque mandato, id est ut ager partes actoris; quia pot. It quilibet, etiam absque mandato, defensionem rei in se suscipere, etiam invito auctore modò satisficer, id est, si & iustisib; sati promitterat, judicatum solvi, § fin. infra à satisfact. l. *Qui proprius* 2. b. t. & personam legiūm standi in judicio habeat: qui naturali ratione convenerit, alterius conditionem per alium posse fieri meliorem, praesertim cum alterius non interest, l. *Solvendo* 39. *D. De negot. gesti* publicè que expedit, abiens omnes, etiam ignorantibus, per quemcumque defendi, l. *Servum* 33. §. publicè D. b. t. ne ignari damnum sentiant, nemine eos defendant, l. t. §. fin D. *Quod cuiusque univer. nomine, &c. diciturque, qui alium in mandato defendit, non procurator, sed defensor, in textibus iuri. non osti. l. se quare 74. §. eis absentem D. de judicis & alibi.*

4. Debet autem procurator diligenter servare fines mandati, alioquin in eo, in quo exedit, non præjudicat domino, l. *Diligenter D. Mandati*, & non tam constitutus, quam sibi noce, l. *Si procurator Cod. Mandati* c. 9. inf de arbitrio,

§. VII.

Quo pacto finiatur Procuratoris officium?

1. Finitur mutuo consensu.
2. Revocatione domini, readhuc integræ.
3. Finita instantia 4. Morte domini.
4. Et procuratoris.
5. Item mutatione procuratoris.

Initur procuratoria potestas non uno modo. Et quidē primò, sicut mutuo consenseretur, l. *Mutari* 24. C. b. t. juxta vulgatam finis regulam, unumquodque eo modo dissolvi, quo colligatum est.

2. Secun-

1. Secundū finitur per revocationem dominice integræ, id est, nondum contestata, l. Ante lumen 16. D. eod. & ut Glossa ait, ad Clement. fa. eod. ant p̄x paramenta in negotiis extrajudicium Post litem vero contestatam, cum jam dominus si factus litis, l. Procuratoribus 22. Cod. eod. non potest invitius revocari, nisi iusta causa subl. e. 2. ead. in t. l. Post litem. 7. D. eod. veluti si fuerint effectus iniurie domini, Calvoius in Pratis Procurator concil. 17. num 2 si suspeccias, affios vel hæres adversarii, velejus et aris aut valitudinis, ut minus aptus sit libibus prosequendis aut negotiis gerendis, & sic de similibus, del Post litem, tum aliquo seq. D. eod e. 2. eod. in 6. Sed ne quidem volens post litem contestatam erocari potest, si adversarius nolit, Suarez in Thesano recept. sent. V. Procurator n. 292. Ex hisdem causulis potest petere procurator, ut etiam invito domino libetur ab hoc onere, l. Eiusdem familiæ 8. §. fin. cum sequentib. D. eod.

Vt tamen locus sit revocationi, dominus eam non solum ipsi procuratori, sed & adversario suo vel judicii insinuare debet, c. Ex insinuatione 3. & seq. b. t. alias, quod his ignorantibus fuerit generaliter, etiam post revocationem, ratum habendum est c. Mandato 13. b. t. si utique vergat in praedium principalis: imputet enim sibi dominus quod iudicium vel adversarium revocationis lux non fecerit certiore.

Quod vero dictum est, revocari ante litem contestatam procuratorem, id fallit in procuratore substituto, nam hic, suscepto semel mandato, licet eo nondum fuerit usus, non potest a substitente revocari: Nisi is habuerit potestatem revocandi ab ipso domino, à quo constitutus intelligitur, ita ut principalis procurator substituendo sibi alium censeatur officio suo functus. 6. 3. eod in 6.

3. Tertiū, finitur finita instantia, id est, lata sententia definitiva: Nec enim cogitur procurator iudicium appellationis prosequi, l. Invitus. Cod. eod. neque gravandus est ultra: finito per sententiam negotiis. Secus dicendum, si constitutus esset generaliter ad omnes causas, & lites, motas & movendas quia tum non solum appellare, sed & prosequi appellationem tenetur.

4. Quartū per mortem domini constituents, sciatis adhuc l. Nulla 13. Cod. eod. l. Si defun-

ctus 15. D. eod. Sed & interdum re uon integra, verum contestata & excepta lite, per mortem constituentis potest quis desinere esse procurator, ut in c. su. quo Prælatus vel quilibet alias pro Ecclesia vel beneficio procuratorem constituit juxta Clem. fin. eod. t. quia nihil agi debet Sede vacante, & siquid sit, perpetuam fieri dicitur, e. t. fin. inf. Ne Sede vacante. &c.

5. Quintū per mortem ipsius procuratoris, nō solum re integra, sed & deficerit esse integra, l. Tam ex contract. 57. D. Dejudic. l. Si quis 27. §. morte D. Mandati. Etenim non transit ad hæredes hoc officium, cum videatur electa in dultria personæ, l. unica §. ubi autem Cod. Decad. tellenau.

6. Sextū, mutatione procuratoris, seu alio in locum ejus substituto: veluti quando diversis temporibus pro eodem negotio constituantur plures procuratores, per constitutionem posterioris censeretur revocatus prior, l. Si quis cum procuratori §. fin. De eod. nisi extimatur quod in secunda constitutione priorem non revocare intendat, arg. e. Si quem eod. in 6. vel priorjam litem contestatus fuerit aut ad eerram causam constitutus, & posterior generaliter ad omnia negotia quia per genus non derogatur speciei. Cabedo Decis. 14 n. 15. cum seq. lib. 1.

7. Septimū si ipse dominus sive ante sive post litem contestatam, ad causam suam veniat, non ut adsistat procuratori suo, prout potest, e. 2. eod. in 6. sed ut eandem causam per se tractet: nam eam per se tractando, ceteri tacite procuratorem revocare, nisi ex protestatione, aut aliis conjecturis contrarium apparet, d. e. Si quem.

S. VIII.

De exceptionibus, quæ personæ Procuratoris objici possunt.

1. Exceptiones illa defumenda partim ex persona domini constituentis, partim ex parte procuratoris.

2. Sed cum distinctione.

3. False procuratoris gesta, opposito defectu mandati, ratæ non sunt.

4. De habentis mandatum dubium.

5. De excommunicato.

1. **E**X prædictis patet, quædam exceptiones in iudicio adversus procuratorem vel auctori vel rei objici possunt, sive ex parte ejus a quo

quo constitutus est; veluti quod constitutus sit à nou habente potestatem constituendi, ut a non domino, vel eo, ad quem causa non pertinet, & sic de similibus (nam omnia, quae adverius principalem opponi possunt, etiam procurator eius possunt objici;) sive ex parte procuratoris, veluti quod si procurator esse nequeat, quia sit minor, excommunicatus, reus criminis &c. * 2 Hac tamen servata distinctione, quod tametsi quis ideo procurator esse nequeat, quia legitimam personam standi in iudicio non habeat, idque in quacumque parte litis objici, & probari possit (cum paria sint, non esse, & non legitimo modo esse, l. Quoties D. qui satisfare cogantur; totiesque judicium reddatur nullum quoties una persona ex tribus, ad judicium requisitus, deest, sive is actor sit, sive reus sive iudex, c. Forum inf. De verb. significat. l. Judicium D. De iudicio;) tamen si jus standi in iudicio habeat aliunde, puta ratione militiae, dignitatis, aut alterius similis causas ab officio procuratorio repellere possit: quodque si principio nihil contra personam eius exceptum fuerit, valeat judicium, nec quicquam post sententiam contestatum posset objici. Ita demum 13. Cod eod. l. Qui procuratorem 57. C. eod. excepto impedimento, excommunicationis. Sive exceptio oritur ex defectu materiarum controversie, quia ea non admittat procuratorem, ut quia actio sit criminalis, in qua regulariter non admittitur procurator, qua de re cum limitationibus vide Ant. Gabriel. l. 7. de maleficis conclus. 9 Quāvis si plura sint crimina, & inter ea aliqua capitalia, aliqua pecuniaria, admitti possit pro pecuniariis, non pro capitalibus, Jos. Ludovic. conclus. 46. n. 33. vel quia sit popularis actio, vel quia exigat speciale mandatum, cum exhibetur tantum generale. Sive denique ex parte mandati, ut quia non sit sufficiens, non debita forma conceptum, aut transmissum ad iudicem vel adversarium, aut revocatum, vel aliquam partem sit mutatum, & sic de similibus.

3. Falsi autem procuratoris gesta, post defectum mandati oppositum, non possunt rata haberi: ante vero & quamdam & quam usui domino sunt, recte confirmat dominus Suarez in Thes. recept. sentent. V. Procurator n. 319. & 320. Falsique procuratoris exceptio est peremptoria, & opponi potest etiam post sententiam, l. i. f. quibus in-

procuratorib. Et similiter exceptio, Tu non es procurator, semper opponi potest: sed exceptio, Tu non potes esse procurator, tautum ante litis contestationem, Reiger in Thes. suo juris V. procurator. num. 85.

4. Habens vero mandatum dubium, admitti potest cum cautione de rato, nisi causa require speciale mandatum; aut sit causa matrimonialis, in qua quia arduum vertitur negotium, non admittitur cum cautione, si de mandato illius dubitetur. Vestrius, in Praxi l. 4. c. 5. num. 19. & 21. annos.

5. Denique quia dixi, excipi impedimentum excommunicationis, Notandum est, ita distinguendum videri, ut si fuerit excommunicatus tempore constitutionis, quia tunc non subsistit constitutio, maneat fallax procurator, & processus non valeat: si vero post mandatum superenter excommunicationis, tum, si non opponatur, valeat acta: quemadmodum alias, ubi quis contra legem prohibetur esse procurator, processus nihilominus cum eo factus, est validus, nisi conuenienter excipiat ante prolationem sententie, Felinus in c. Post confessionem n. 22. inf. De probatibus. Ante mandatum vero non valet actio, sive opponatur, sive non, Maranza p. Dist. 16. n. 42. ubi plenius vide.

TITULUS XXXIX.

De Syndico.

1. Syndicus in quo distinguatur à Procuratori.
2. Ab auctore.
3. Ab Administratore Universitatis.
4. Ab Economo.
5. Constitueretur auctio debet ab Universitate.
6. 7. Quis & qualis constituendus.
8. Satisfare non tenetur.

1. Procuratores Universitatum & Collegiorum, qui propriè Syndici vocantur, à procuratoribus privatorum propriè dictis distinguuntur: quod hi à dominis, Syndici vero ab Universitate, Collegio, vel alterius communis corporis constituantur, ad negotia illius tractanda, ac potissimum ad causas & litigias in iudicio prosequendas, l. i. f. quibus in-